

Litterae ad Illustrissimum Dominum Nicolaum
 Wolochi Marescalecum Regni Poloniae datae die sexta
 Februarii 1609.

Moschi nonnulli se subdunt Regi Poloniae, sed exercitus ipsius Regis ad Demetrium transire
 minatur, nisi stipendia pacta ei solvantur. Demetrius colligit exercitum magnum ad offendendum
 Smolenschem.

Post discessum Legatorum Moscorie venerunt
 ad castra Regis quidam Moscoviti sacrosi ex
 familia Illustri, et potenti reddentes obe-
 dientiam S. R. M. una cum ipsorum exercitu,
 quem in diversis locis tenent, viginti millia,
 et quotidie multi alii veniunt fidem suam
 S. R. M. deferentes, ita quod nullum est du-
 bium, quod illa provincia in potestate Regis
 veniet, si adferit auxilium pecuniarum, at si
 hoc defuerit, difficultatibus multis bellum hoc

implicabitur. S. M. sumptus sustinet immen-
 sos, ipsius aerarium iam plane est exhaustum,
 quin immo gemmas pretiosas, et omnem su-
 ppellectilem, seu aureum iam distrahi, atque
 Divendi fecit pro conquirenda pecunia, sed
 neque sufficit, exercitus enim est ingens, ma-
 gnaque desiderat stipendia, et quidem uter-
 que exercitus petit solutionem, ille autem
 qui obsidet Moscoriam, urget instanter, et
 minantur se Defectores^(sic) Demetrium, nisi ipsi
 solvantur, quod est multum difficile, cum et
 Domini Republicae nostrae nervus iste pecunia-
 rum sit tenuis.

Imposterum Demetrius ad Calugam collegit exer-
 citus, et magnus numerus iam confluit ad i-
 psum, Smolenzium pertinaciter sustinet ob-

sidionem, cuniculi cohortis germanice nihil fe-
 cerunt, et tres pedites in illis ^(sic) sofogati sunt, nul-
 lo modo illa munitio capi potest, nisi diu-
 turna obsidione. // // //

Descriptum, et recognitum ex Libro ms., cui titulus = Nunciatura
 di Polonia, tom. 3^o. pag. 5, qui adseruatur in Tabulariis Secre-
 tionibus Vaticanis. In quorum fidem de
 Tabam de Pradie nonas Junii MDCCCLXXXVII.



M. Marini
 Tabular. S. R. E. Prefectus

